

Qui quidem arbitri et arbitratores, parciū hinc inde allegacionibus auditis, inspecta  
 eciam et perfecta littera fundacionis ejusdem altaris, plena deliberacione prehabita pro-  
 nunciaverunt decreverunt et pro justo et equo arbitrati sunt, quod predictus dominus  
 Johannes de Bôer pronunc rector ejusdem altaris sancte Barbare siti in ecclesia par-  
 rochiali sancti Petri in opido Friberg sui que ad dictum altare successores dabunt et dare 5  
 debebunt predicto domino Heinrico suisque successoribus plebanis annuatim super festo  
 sancti Michaelis viginti grossos Bohemicales sive clippeatos pro restauero, isto salvo, quod  
 si predicti altaris fructus et redditus notabilem acceperint accrescenciam, quod tunc ip-  
 sum restaurum debebit plebano meliorari, prout hec eciam in littera confirmacionis dicti  
 altaris lacius continentur. Pro restauero vero, ut plebanus asseruit, ad terminum possesso 10  
 predictus dominus Johannes prefato domino plebano super proximo instanti festo sancte  
 Walpurgis dabit et dare debebit triginta grossos Bohemicales sive clippeatos, expensas  
 vero in lite factas hincinde certis ex causis compensantes. Hac itaque sententia per pre-  
 dictos arbitros et arbitratores pronunciata predicti domini Heinricus et Johannes con-  
 tenti eam emologaverunt (*sic*) et viva voce mox approbaverunt promittentes eidem tan- 15  
 quam juste et eque in omnibus parere et obedire. Super quo predicti domini magister  
 Lampertus archidiaconus et Johannes officialis arbitri necnon dominus Heinricus et Jo-  
 hannes me notarium publicum subscriptum requisiverunt, ut hec omnia in notam reci-  
 perem desuperque in perpetuam rei memoriam publicum conficerem instrumentum.  
 Datum et actum Misne anno indictione die mense hora et pontificatu quibus supra, pre- 20  
 sentibus ibidem honorabilibus viris dominis Johanne Ilburg oculo decani, Nicolao Cloden,  
 Heinrico de Osterburg vicariis perpetuis ecclesie Misnensis et Donato Großen presbyteris  
 et clericis Misnensis Magdeburgensis et Halbirstadensis diocesium testibus ad premissa  
 vocatis specialiter et requisitis.

Signum { Et ego Georgius Bultsch clericus Misnensis diocesis publicus sacra 25  
 notarii. { imperiali auctoritate notarius —.

223.

*Beschwerden über das Mälzen, das Brauen und das Schenken fremder Biere in mehreren umliegenden  
 Dörfern.*

1439 März 17.

*Hdschr.: Rathsarchiv Freiberg. Stadtbuch II fol. 49b.*

*Ann.: Vergl. 218, die dort Note e angeführten Stellen und No. 226.*

30

Anno xxxix° am dinstage nach letare sient yn siezendem rate von der gemeyne,  
 also Hansse Helliwige, Cleynfogele, Abman Czymbmermanne, Hansse Ebirharde unde  
 Sygismunde Wayner, benant diese nochgeschriben dorffer Sente Michel, Erbisdorf, Lin-  
 daw, Schonaw, Wissenborne, Bertoldisdorf, Mudigistorff<sup>a)</sup>, Wenigindorff, Weggefurd, 35  
 Grosse Schirme, Krummehen[nersdorf]<sup>a)</sup>, daz man do unmogelichen melze bruwe unde

223. a) Nachträglicher Zusatz über der Zeile, wohl von derselben Hand.